Lectis igitur litteris in consilio antedictis

corda promoventibus ad discordiam

cum appropinquaret tempus quo sol

est in ariete illa guerriatrix campana

sonuit que tinniens quandoque per tres

menses incitat inimicis volentes dare

favorem et suos monet de omnibus pre-

parari.

Eodem namque mense ut omnis excusa-

tio ex ordesceret in ore cuiusque an-

nuntiata est dies itineris per preco-

nem et victorioso carrocio in publico

reducto eiusdem lanceam de … -

bus comitibus proceribus et nobilibus

tantum et bubus cum bubulcis indutis

rubeo et super eo apposita lancea et

super ipsam aureo pomo et super pomum

palma et olivo pacem significanti et

victoriam. Surgens tunc dominus in

contione dixit:

Scitis res gestas per antecessores no-

stros a primordio civitatis hucusque

et per vos modernis temporibus opera

consumata ubique sunt manifesta.

Nunquam